



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

[LXXXIX.] Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis
Dominicæ 1659. Idibus Junii Pont. Nostri anno quinto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74833)

Edita A. D.
1660.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Intra ceteras Apostolicæ sollicitudinis curas, quibus incessanter urgemur, ea semper nobis cordi fuit, ut Praelati Romanæ Curia, qui tanquam Stellar in Firmamento militantis Ecclesiæ relinquent, ac in arduis quibusque negotiis Apostolicæ Sedi opera, & consilio præstò esse debent, si demum diligantur, qui optima indole, mortibus, ac litteris præstantiores ceteris verè virtutis exemplar se ipsos præferunt. Ad hac sanè licet nonnulli Summi Pontifices Prædecessores nostri eorum Constitutionibus, multa præsertim pro Referendariis titeriusque Signaturæ statuerint, quorum tamen nonnulla temporum cursu, ut sèpè solet, antiquata, & forsan neglecta fuerunt; properea Nos illa innovare, ac pristinæ observantia restituere, & aliqua etiam addere, qua rerum experientia docuit expedire, duximus opportunum.

Innovat prædecessorum const.

Officium Decani.

Forma convocandi Collegium.

Collegii privilegia.

Cooptandorum in ordinē Referendariorum processus.

in vigesimo quinto ætatis anno constituti: Praeterea in aliqua publica Universitate studiis legalibus saltem per quinque annos operam dede-rint, ac in eadem utriusque juris scilicet Canonicæ, & Civilis Lauream Doctoratus asecurui- furent: atque annos etiam redditus summam scu-torum mille quingentorum monetæ cōstituen-tes verè ac realiter, & pacifice possideant, vel à parentibus, aut propinquis fuerint illis validè assignati: Ac demum in hac Curia Romana saltem per biennium versati fuerint, & studio praecoxes penes aliquem ex Auditoribus Rotæ nostræ, vel alios Praelatos, Officiales, seu Advocatos ejusdem Curia sedulè incubuerint: super quibus compilato diligentier processu fiat à Ponente, seu delegato illius relatio in Collegio, cui si videantur probata sufficienter præmissa, tunc Oratio admittatur ad examen, assignatis illi (ut motis est) duabus supplicationibus, seu commissionibus coram ipso Collegio proponendis: Et subinde per acto examine si ejusdem Præfeci, atque Collegii, quorum conscientiam oneramus, fuerit concordi judicio, vel saltem per duas ex tribus partibus votorum, quae secerò per fabas albas, & nigras proferri volumus approbatu: tunc Præfetus omnibus Nobis, & successoribus nostris re-latis, illum auctoritate nostra pronunciabit Re-ferendarium, ac in aliorum numerum adscribi mandabit, præstito tamen prius in ejus manib[us] solito juramento.

J. 1. Hac igitur nostra perpetuò valitura Con-stitutio[n]e prædictas nostrorum prædecessorum in illis partibus, quæ præsenti non aduersantur, aut alias legitimè reformatæ non fuerint confirmamus, & innovamus: Insuper erigimus, & insituimus Collegium eorumdem Referendariorum, quod volumus repræsentari ex duodecim Votan-tibus Signaturæ Justitiæ de corpore, ac numero ipsorum Referendariorum electis, & in posterum eligendis, quorum caput, ac moderatorum per-petuò constitutimus Præfectum ejusdem Signaturæ Justitiæ pro tempore existentem; & antiquior eo-rum in officio appellabitur Decanus.

J. 2. Horum autem officium erit formare in-quistiones, ac processus super qualitatibus eo-rum, qui ad præsumum Referendarii munus, ac dignitatem admittendi erunt, prout singulis à Præ-fecto Signaturæ speciali rescripto demandabitur, ut infra statutum est. Præterea eidem Decano, & Collegio incumbet ceteros Referendarios, præ-sertim in posterum recipiendos diligenter instrue-re de his, quæ spectant ad exercitum eorum of-ficii, & omnibus intimare decreta, & ordinatio-nes quascumque tam nostras, quam ejusdem Præ-fecti, eorum personas, ac munus concernentes, & concernentia, necnon dies, ac tempora, & servitia à singulis eorum nobis tam in Capella nostra, quam in aliis functionibus præstanta, ac etiam curare, ut tabellæ indicantes Signaturas, & Congregations faciendas congruis temporibus à ministris deputatis, ut moris est, exponantur, ac omnibus demum incumbere, quæ totius Ordinis interesse concerent.

J. 3. Quoties verò dictum Collegium con-vocari, & coadunari necesse erit, requiratur prius li-entia Præfeti, & de ejus mandato per Decanum convocetur, atque in domo habitationis ejusdem Præfeti, & non alibi, nec alter convocari, & coadunari posse, nisi de expresso ejusdem Præfeti consensu, ac licentia in scriptis tantum præstanta.

J. 4. Volumus autem præsumum Collegium à nobis institutum eisdem privilegiis, & exemptioni-bus perfui, ac potiri, quibus cetera Collegia Prelatoriorum Romanæ Curia potiuntur, & gaudent.

J. 5. Porro illi, qui in ordinem Referendariorum cooptari petent, ante omnia curabunt, ut relata nobis, & successoribus nostris à Præfectoro Signaturæ eorum instantia nostrum, ac successo-rum præfatorum beneplacitum præcedat: Dein-de ut ab eodem Præfectoro unus ex Praelatis præfa-ti Collegii delegetur pro confiendo processu, in quo infra scriptæ instantia qualitates legiti-mè justificantur. Primi scilicet ut ex vero, & le-gitimato matrimonio, & probis, ac honestis pa-rentibus nati, & procreati sint, ac bona indolis, vita, ac fama prorsus inculpatæ fuerint, atque

in vigesimo quinto ætatis anno constituti: Praeterea in aliqua publica Universitate studiis legalibus saltem per quinque annos operam dede-rint, ac in eadem utriusque juris scilicet Canonicæ, & Civilis Lauream Doctoratus asecurui- furent: atque annos etiam redditus summam scu-torum mille quingentorum monetæ cōstituen-tes verè ac realiter, & pacifice possideant, vel à parentibus, aut propinquis fuerint illis validè assignati: Ac demum in hac Curia Romana saltem per biennium versati fuerint, & studio praecoxes penes aliquem ex Auditoribus Rotæ nostræ, vel alios Praelatos, Officiales, seu Advocatos ejusdem Curia sedulè incubuerint: super quibus compilato diligentier processu fiat à Ponente, seu delegato illius relatio in Collegio, cui si videantur probata sufficienter præmissa, tunc Oratio admittatur ad examen, assignatis illi (ut motis est) duabus supplicationibus, seu commissionibus coram ipso Collegio proponendis: Et subinde per acto examine si ejusdem Præfeci, atque Collegii, quorum conscientiam oneramus, fuerit concordi judicio, vel saltem per duas ex tribus partibus votorum, quae secerò per fabas albas, & nigras proferri volumus approbatu: tunc Præfetus omnibus Nobis, & successoribus nostris re-latis, illum auctoritate nostra pronunciabit Re-ferendarium, ac in aliorum numerum adscribi mandabit, præstito tamen prius in ejus manib[us] solito juramento.

J. 6. Postremo ut in Signaturis tam Gratiæ, quām Justitiæ liberior sit causarum discussio, & votorum prolatione prohibemus omnibus & singulis tam Votantibus, quām aliis quibuscumque in ei-dem Signaturis intervenientibus, ac eorum Audi-toribus, & studiorum Coadjutoribus vota ipsa cui-quam alteri etiam speciali expressione digne re-ferre, aut propalare orentus, vel in scriptis per se ipsos, vel alios quacumque forma, & exquisito modo, sub pena indignationis nostræ.

J. 7. Decernentes præsentes litteras validas, & efficaces exire, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabili-ter observari: Sicque per quoescumque Judices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & inter-preundi facultate, & auctoritate, judicari, & de-finiri debere: irritum quoque, & inane, si se-cus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

J. 8. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancelleriae Apostolicæ regula de gratiis non concedendis adinflat, ac fel. recor. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri de gratiis in-teresse Camera Apostolicæ quomodolibet concer-nentibus in prædicta Camera registrandis, alisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ præfati prædecessores in di-ctis constitutionibus voluerunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, erectionis, institu-tionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei aufo temerario contraire. Si quis autem hoc at-tentare præsumperit indignationem Omnipoten-tis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolo-rum ejus se noverit incarsurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini 1659. Idibus Junii Pont. Nostri anno quinto.

Dat. P. A. 5.

13. Jun. 1660.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, mil-lesimo sexcentesimo quinquegesimo nono, Indictione 12. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Pa-tris, & Domini N. D. Alexandri Divina Provid-

Clausula sub-lata.

Contrariis derogat.

Pape

Pape VII. Anno ejus quinto, die verò 17. mensis Junii supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilice Principis Apostolorum de Urbe, ac Datarie, & Cancelleriae Apostolice, & in acie Campi Flora, per me Petrum Paulum de Graffio Apost. Cursorem.

Jo. Jacobus Pellecia Mag. Curſ.

XC.

Confirmatio Decreti super oeconomico statu, & recta bonorum temporalium administratione Cassinen. Ordinis S. Benedicti.

De hac materia vide ad Conſtitut. 60. Innoc. X. Diurna. & ad Conſlit. 9. hujus Pont. Alias ſuper administratione Celleriariorum.

Edita An. D.
1660.Decretum
S. Congr.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

E Manavit nuper à Congregatione Venerab. fratribus nolitorum S. R. E. Cardinalium super Oeconomico statu, & recta bonorum temporalium administratione Cassinenis Ord. S. Benedicti instauranda à Nobis ſpecialiter deputata Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet,

S. 1. Communis egeftas Monasterii privatam habendi cupiditatem non raro excitare ſolent in Monachis, nptore qui religiosis, ac necessariis indigentiis ex publico penu confuli non poſſe intelligentes licere ſibi certò perſuadent, adverſus hujusmodi necessariiſ ſubſidium, atque levamen ex proprio privato peculio quærere; cuius parandi, atque augendi gratia non parva Monasticę tranquillitatis jactura ſecularibus foliicitudinibus impliuntur; Et pauperis Monasterii tandem non pauperes Monachi prepoſtō ſtudio circa terrena fatigantes, eterna defſpi- ciant; ideo spirituali Monasteriorum dono expedire viderur, ut eorumdem temporalia bona recta administrandi ratione provide conserventur. Quod cum in Monasteriis quoque Congregationis Cassinenis exoptandum sit, cujus egregia Sanctimonia piorum Christi fidelium liberalitatem olim adegit, ut non exiguis bonis, in praefens tamen ob temporum angustias valde immunitus eadem Monasteria ad Divini cultus dignitatem, necnon ad Monasticę disciplinā incrementum exornarent; Propterea Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium, quos ad Oeconomicum statum, & rectam bonorum temporalium administrationem in antedictis Monasteriis instaurandam, Sanctissimus Dominus Noſter Alexander Papa Septimus ſpecialiter depauit, Parre Procuratore Generali ejusdem Congregationis Cassinenis pluries auditio, die 22. Martii 1661. infraſcripta in prædictis Monasteriis Cassinenibus obſervanda Sanctitatis Suæ iuſtu decrevit.

Cum Generalis Capituli convocatio non abſque notabili Monasteriorum diſpendio quotannis ſat, hanc quoque ob cauſam in poſterm per decennium proximum non niſi alternis annis Capitulum ipsum celebretur, non obſtan. Conſtitutionibus Congregationis Cassinen. Apoſtolica etiam auſtoritate conſirmata vel privilegiis itidem Apoſtolicis eidem conſcibus, quibus, quoad hoc Sanctitatis Suæ auſtoritate derogat: Et tunc quidem ſumptus ultra modum fieri foliti regulari frugalitate minuantur: Cubicula confluentium Abbatum hofpitiuſ designata non niſi religioſa ſupellecula inſtructa ſint, adeo ut ab ipſis ſumptuoiſ apparatus nuper inducſ abuſus omnino eliminetur; Alias Abbas, & Cellerarius Monasterii, ubi Capitulum celebratur ſuſpicio- ni ab exercito ſuorum Officiorum ſubjacere in- telligantur, neque in poſterm (prout huic ſequi- ſatum eſt) Monasterio, ubi Capitulum Gene-

rale celebretur, dona illa ſiant, ſed ſubductis rationibus, expenſarum in ipſo Capitulo ſingulis Abbatibus, qui interfuerunt, rata pars pecunia ſolvenda, habita tamen ratione conditio- nis perſonarum, praſcribatur.

In Capitulo proximè celebrando nova taxa pro contributione à ſingulis Monasteriis Procuratoria Generali ſolvenda ſiat; ſervata proportione reddituum eorumdem Monasteriorum, pravia exacta ſtatus uniuersiſque Monasterii diſquifitione firmando; Ac ſi quando Monasterium aliquod vera ſuperveniente impotentiā ratam partem ſuam dicta Procuratoria ſolvere nequeat, nullatenus ſuper ejus bona censuſ impo- nantur, aut alia quacumque ratione ob hanc cauſam aſ alienum ab eo contrahatur; alia contracuſ ipſe adverſus hanc prohibitionem ir- rituſ nulles eſſe intelligatur, & fit; Et Superior contrahens penis in Decret. de reb. reg. non alienan, per Sacram Congregationem Concilii sub die 7. Septemb. 1624. edito, aliisque ad ejusdem arbitrium, tenetur; ſed in Dieta Pater Praeſidens Generalis, cognita vera impossibilitate ejus Monasterii, onus ad ipsum ſpectans in unum, vel plura alia Monasteria, juxta eorum vires cum voto Patrum Viſitatorum in parte vel in totum, & pro una, vel pluribus vicebus, prout duxerit necessarium, transferat, ita tamen ut Monasterio, vel Monasteriis pro eo ſolventibus juſ recuperandi ſolutam pecuniam, adverſus illud referetur. Ceterum ſi Abbatis, aut Cellerarii culpa Monasterium antedicta ſolutioni impotens factum fuſſe comperiatur (cujus rei ſedula per Patres Praeſidentem, ac Viſitatores fiat indagatio) in illoſ pro merito animadvertatur.

Si forte Monasterium aliquod inopinata ur- gente cauſa, ſupra proprios redditus, ſumptus facere, & conſequenter aſ alienum contrahere cogatur in libris Magiſtris ejusdem Monasterii antedicta urgensa cauſa dilucide annotetur, & explicetur, deque ea Patres Viſitatores in actu Viſitationis, & Patres Definitores in Capitulo Generali certiores reddantur, qui ſedulū curabunt, ut intrā ſequentem aonum contracuſ debitum diſſolvatur, ejusque ſolutionis rationem, ac mo- dum (ſi ab ipſis reperiri, aut expediri non va- leat) ad Sacram Congregationem deferant.

Abbatibus Monasteriorum, quæ aere alieno obligata ſunt, & quibus proinde onus incumbit certas ſtatutis temporibus ratas debiti partes ſuccelliſ perſolvendi, aut deponendi nullatenus li- ceat redditus Monasterii, præterquam in uſu merē necessarios erogare, niſi ſoluta prius, vel deponita respectivē debita parte pecunia, & præ- ſertim prohibitum illis omnino ſit quodcumque fabrica genus, niſi præcifa, ac abſoluta urgente neceſſitate per Regimen ſedulū examinanda, & pro- banda. Quod ſi adverſus prædicta commiſſerint, & Fabrica diſpendium ſcuta quinquaſinta excedat, antedictis Abbatibus minime ſuffragetur in- dultum, quod Sacra Congregatio rationabilis ob cauſas concedere aliquando ſollet potentibus di- lationem ad ſolvendam, ſeu deponendam ratam pro tempore debitam, & per conſequens penis obſtricti ceneantur, quæ in licentia contrahendi dictum aſ alienum praefcripta fuerunt, in caſu quo debita rata deponita, aut ſoluta non fuerit, aliisque ad arbitrium &c.

Sed & ceteris omnibus, & ſingulis Superiori- bus prohibitum ſit, pecunias etiam extraordi- nario titulo Monasterio acquistas fabricando (præ- ter quam reparations omnino neceſſaria cauſa) ex- pendere, ſub pena diſpenſionis ab officio ipſo facta incurren. aliaque majori pro rei qualitate, ac circumſtatiis juxta Sacra Congregationis ar- bitrium.

A quindenniorum ſolutione nullum omnino Monasterium eximatur quamvis fortafe uſque ad hanc diem aliquam ob cauſam ab iſdem ſolven-